



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

De Ambitione.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

rum, modo ut adsint initia fidei & obedientia.  
Sicut scriptum est: Gratia exuberat supra peccatum.

Redit Aristoteles ad questionem supra motū, an sese interficiens, ut Cato, iniuriam sibi faciat, & acutē respondet, facere eum iniuriam ciuitati, non sibi, quia ciuitas prohibet necare cū se, vel ab alio. Supra autem respondit planius, scienti & volenti non fit iniuria, scilicet, simpliciter volenti, in re, quam potest velle. Cato non habet potestatem sui corporis, sicut rectē dicunt Iurisconsulti: Nemo est dominus membrorum suorum. Rectē igitur dicitur: Catonem & sibi facere iniuriam, quia et si vult necem, tamen velle eam non licet, sed Deus & lex magis sunt domini nostri corporis, & rerum nostrarum, quam nos ipsi. Græca Phrasis est, Non iubet se interficere pro, iubet se non interficere.

Tandem post spinosas argutias, in fine dicit,  
Quomodo aliquis sese possit iniuria afficere, vnde  
delicet, hoc modo, quia pars superior in homine  
& inferior, sunt velut duæ personæ, & haec de-  
bent inter se mutua officia & mutuam defensio-  
nem: Ergo, cum non præstant debitum, altera al-  
teram iniuria adficit, vt si dominus seruum obe-  
dientem fame necet. Hæc est principalis solu-  
tio bivis longæ questionis in textu.

### DE AMBITIONE.

Licet

Licetne petere gubernationes, seu in Ecclesie  
cum politia? Respondeo: Licet petere adferentem  
conscientiam mediocris industrie, et permittentem  
iudicium ijs, ad quos pertinet electio. Hanc con-  
fessionem confirmat dictum Pauli, 1. Tim. 3. Quia  
Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, id  
est sicut pium est se ad alios honestos et possibilia  
labores offerre, sic pium est se ad docendi aut  
gubernandi laborem offerre, si sit mediocris indu-  
stria, et Paulus bonum nominat, non solum quia  
Deo placet, et alijs salutare est, sed etiam, quia  
adiuuum est, et non sine multis virtutibus justi-  
tia potest. Sed multa obiciuntur, primum hoc:

Non est appetenda gubernatio ultra vi-  
res nostras apposita, quia dicitur:  
Altiora te non appetas.

Gubernatio, cum Ecclesiae tum politicæ  
longè superat vires humanas. Non  
est igitur appetenda.

Minor manifesta est, et 2. Corinth. 3. clausa  
dicitur: Non sumus sufficietes ex nobis pro-  
ducere aliquid. Item: Nemo potest sibi quicunq;  
quam sumere, nisi ei datum sit desuper. Et Salomon  
non expresse inquit, se non posse regere tantam  
multitudinem populi. Respondeo: Neganda est  
major nam utraq; est vera, et sciendū est, guber-  
nationes supra nostras vires positas esse, et tan-

men appetendas esse, modo afferas hæc duo, fidelitatem & petitionem diuini auxilij. De fidelitate dicitur 1. Corinth. 4. Hoc in ministris postulatur, ut fidelis quis inueniatur. Fidelitas autem duo complectitur, conscientiam mediocris industriae & diligentiam. Nam afferens ignorantiam affectatam infidelis est. Ut enim ignari artis medicæ, qui tamen profitentur se medicos, sunt impostores, & nocere cogitant: ita in gubernatione quacunq; afferentes ignorantiam affectatam, sunt infideles, id est, habent voluntatem nocendi. De spe auxilij diuini inquit christus: Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris cœlestis. Item: Ego ero vobis cum usq; ad consummationem seculi. Hic lucet ingens ἐπικείμενον. Nemo est par gubernationi vitæ seu suæ, seu alienæ, & tamen approbat Deus sustinentes eam, si afferramus fidelitatem & petitionem auxilij diuini.

Multa non prospicit paterfamilias, multo plura negligunt principes & gubernatores Ecclesiæ rum. Hinc igitur prolixa ἐπιγραφa opus esse intelligimus, ut docet parabola de negotiabitibus, quæ promittit diligentie præmia & successus.

#### ALIVD ARGUMENTVM.

Ambitio est, non expectare vocationem. Per tenus non expectat vocationem. Est igitur ambitiosus. Respondeo ad maiorem: Ambitio est peregrinus regum